Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

terra et omnis ornatus eorum Et vidit deus Lectio tercia.
Dixit vero deus Congregentur aque que sub celo
sunt in locum unum et appareat arida Factumque est ita
Et vocavit deus aridam terram congregacionesque aquarum
appellavit maria Et vidit deus quod esset bonum Et
ait Germinet terra herbam virentem et facientem semen et
lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum
cuius semen in semetipso sit super terram Et factum est
ita Tu autem Responsorium Formavit igitur dominus hominem de
lymo terre et inspiravit in faciem eius spiraculum vite Et
factus est homo in animam viventem Igitur perfecti sunt celi
et terra et omnis ornatus eorum Et factus est homo In secundo
nocturno antiphona Bonorum meorum cum vers. et ps. Lectio quarta
Et protulit terra herbam virentem et afferentem semen
iuxta genus suum lignumque faciens fructum et habens
unumquodque sementem secundum speciem suam Et vidit deus
quod esset bonum Factumque est vespere et mane dies tercius
Tu autem Responsorium Tulit ergo dominus hominem et posuit
eum in paradisum voluptatis Ut operaretur et custodiret il-
lum Formavit igitur dominus hominem de limo terre et posuit
eum in paradisum Ut operaretur Lectio quinta Dixit autem
deus Fiant luminaria in firmamento celi ut divi-
dant diem et noctem et sint in signa et tempora et dies
et annos ut luceant in firmamento celi et illuminent
terram Et factum est ita Tu autem Responsorium Dixit dominus
deus non est bonum hominem esse solum faciamus ei adiuto-
rium simile sibi Ade vero non inveniebatur adiutor similis
sibi dixit quoque deus faciamus ei Lectio sexta Fe-
citque deus duo magna luminaria luminare maius
ut preesset diei Et luminare minus ut preesset nocti
et stellas et posuit eas in firmamento celi ut lu-
cerent super terram et preessent diei et nocti et di-
viderent lucem ac tenebras Et vidit deus quod
esset bonum Et factum est vespere et mane dies quartus
Tu autem Responsorium Immisit dominus soporem in adam et
tulit unam de costis eius et edificavit costam quam tulerat
dominus de adam in mulierem et adduxit eam ad adam ut vi-
deret quid vocaret eam Et vocavit nomen eius viraginem quia
de viro suo sumpta est Hoc nunc os ex ossibus meis et
caro de carne mea Et vocavit nomen In tercio nocturno